



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE MENORCA

Sumario.—Declaración sobre sustitución de Capitulares enfermos, pág. 171.—
Invocaciones indulgenciadas, pág. 173.—Decreto de la S. C. de Ritos,
pág. 174 —Temas para las conferencias dogmático-morales y litúrgi-
cas del clero en el próximo mes de Octubre, pág. 175.—Crónica de la
diócesis, pág. 176.

S. CONGREGACION DEL CONCILIO

Inter Capitulares Ecclesiae Cathedralis Derthusensis statutum est: «In vacatione Dignitatum et Canonicatum deducantur (*descuéntense*) anni regales 1200, pro onerum adimplemento; et quando unus ex praebendatis nequeat ob quodcumque motivum personaliter adimplere onera chori et altaris ei tantum deducantur annui regales 800».

Porro cum canonicus Doctoralis O'Callaghan et alii duo canonici, utpote infirmitate impediti a chori servitio, illud adimpleant in ipsa ecclesia cathedrali per substitum a se designatum, parva vel nulla retributione concessa, Capitulum censuit ipsis applicandam praefatam dispositionem. At canonicus O'Callaghan contra dictam Capituli decisionem nunc querelas movet, et contendit, etiam nomine

aliorum duorum canonicorum, liberum esse in substituto constituendo quin ullimode subjici possit deductioni enunciatæ summæ mulctatitiæ in singulos annos regal. 800; his præsertim rationibus innixus:

1.º Licet facultas in choro substituendi ex lege Tridentina (*Sess. xxiv, cap. 12, de reform.*) sit exprese interdicta: «omnes divina per se et non per substitutos compellantur obire officia», tamen S. Cong. Conc., non tam verbis quam spiritui et menti Tridentinorum Patrum adhærens, sæpius declaravit «verbis *omnes* non esse sublatam capitularibus facultatem sese invicem substituendi» (1), dummodo hæc tria subsistent, nempe: *a*) ne substitutus ipse ad chorum venire teneantur illis diebus quibus in locum alterius sufficitur; *b*) ut subrogentur canonici soli vel mansionarii præsentés in civitate; *c*) ne substitutio frequenter contingat (2).

2.º Ecclesia nedum nullimode infirmos capitulares intendit gravare, quia afflictio non est addenda afflicto, sed etiam eos singulari donat privilegio, nempe lucrandi distributiones chori quotidianas durante infirmitate. Si ergo ipsi valent quotidianas distributiones acquirere etiam si durante infirmitate a præstando servitio sunt impediti, eo magis valerent facere substitutionem in particularibus suis ministeriis (quæ substitutio non ex causa libera seu negligentia oritur, sed ex causa necessaria), quin amittant distributiones quotidianas, vel subjici possint deductioni summæ mulctatitiæ.

3.º Decretum Capituli Derthusensis corrigendum et moderandum videtur in hac parte ad terminus juris communis.

Igitur ad dubium: *An et quomodo sit locus applicationi statui Capitularis diei 19 Aprilis 1883 quoad canonicum O' Callaghan et alios duos infirmos canonicus in casu?*

Emi. Patres, die 1.º Febr. responderunt: *Negative, et servetur jus commune.*

(1) Cf. præsertim *Causa in Egubina*, 15 Dec. 1608.

(2) Vide causas in *Alatrina*, 24 Mart. 1612; in *Ausculana*, 26 Jan. 1830 etc. — Benedictus XIV, *Instit. eclesiast.* 107 párrafo 3.º

INVOCACIONES INDULGENCIADAS

Beatissime Pater:

Archiepiscopus Portus Principis, ad pedes S. V. humiliter provolutus, Eamdem supplicat, ut ad magis magisque fideles excitandos, ut suam fidem et reverentiam erga adorandam Eucharistiam ostendant, concedat sequentes actus Indulgentiis, ut sequitur, ditari, quæ animabus in purgatorio detentiis applicari valeant:

1. Pro eo qui recitet, quovis idiomate, genu devote flectens coram SS Sacramento in Tabernáculo incluso, invocationem: *Iesu, Deus meus, te adoro hic præsentem in Sacramento amoris tui!* 100 dierum Indulgentiam, toties quoties.

2. Pro eo qui eandem invocationem recitet, duplici genuflexione SS. Sacramentum solemniter expositum adorans: 300 dierum, toties quoties.

3. Pro eo qui actum exterioris reverentiæ faciet, apud ecclesiam vel oratorium transiens, ubi SS. Sacramentum asservatur: 100 dierum, toties quoties.

Et Deus, etc.

Iusta preces in Domino.

Die 28 Junii 1908. Pius pp. X.

Præsens Rescriptum exhibitum fuit huic Secretariæ S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis propositæ. In quorum fidem, etcetera.

Datum Romæ, ex eadem Secretaria, die 3 Julii 1908.

JOSEPHUS M. Can. cus. COSELLI, *Substitutus.*

EX. S. CONGREGATIONE RITUUM

URBIS ET ORBIS

Decretum quo festum Septem Dolorum B. M. V., Dominicæ tertiae Septembris affixum, ad ritum duplicem, secundæ classis elevatur pro universa Ecclesia.

Dolores Virginis Deiparæ etsi duplici festo in universa Ecclesia per annum recolantur, videlicet Feria sexta post Dominicam Passionis ac Dominica tertia Septembris; utrumque tamen festum mobile Beatæ Mariæ Virginis, utpote secundarium, sub ritu duplici tantummodo majori celebratur. Quo vero ejusdem Virginis Perdolentis cultus augeatur, et fidelium pietas gratique animi sensus magis magisque foveantur erga misericordem humani generis Conredemptricem; Rmus. Pater Prior generalis Ordinis Servorum B. M. V., qui potissimum ipsam Matrem Dolorosam veluti suam Conditricem et præcipuam Patronam veneratur, occasionem nactus qua proxime adfuturo Septembri (mense Virginis Doloribus recolendis sacro) quinquagesimus annus ab inito sacerdotio Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ X feliciter completur, supplicibus votis totius Regularis Familiæ eundem Sanctissimum Dominum Nostrum rogavit, ut etiam ad perennem rei memoriam festum Septem Dolorum B. M. V., Dominicæ tertiae Septembris affixum, ad ritum duplicem saltem secundæ classis pro universa Ecclesia elevare dignaretur. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Præfecto ejusmodi preces peramanter excipiens, festum Septem Dolorum B. M. V., quod enunciatae Dominicæ adsignatum fuit, in posterum sub ritu duplici secundæ classis ubique recolendum decrevit: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Maji 1908.

COLLATIO DOGMATICA-MORALIS ET LITURGICA

PRO MENSE OCTOBRIS ANNI 1908

Quæstio Theologica

An quilibet Superior, qui iurisdictionem suam conferre valet, habeat ius sibi reservandi casus, a quibus inferiores sacerdotes non possint absolvere — Quænam requirantur, ut peccatum censeatur reservatum? — An censeatur reservata peccata dubia?

CASUS CONSCIENTIÆ

Neo Sacerdos, Liberior paratus ad Missam solemnem celebrandam, a sacrista expostulat hostiam majorem consecrandam, duasque recepit unam existimans. Illas manu tenens, quando consecrationis verba pronuntiabat, expresse intentionem efformavit unicam presentam hostiam consecrandi. Tirinus vero Presbyter senex ac pius, quotidie celebrabat etsi solum pro sua devotione satisfacienda utendo quandoque hostias parvas et hoc peragebat frequenter absque ulla rationabili causa.

Quæritur: Quid de utraque celebratione. Exponatur doctrina de effectibus SS. Eucharistiæ.

QUÆSTIO LITURGICA.

An Prophetiarum cantus Sab. Sancti et Vig. Pentecost. possit desini, quando a Celebrante earum lectio absoluta sit.



CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

NUESTRA PEREGRINACIÓN EUCARÍSTICA Á MONTSERRAT Y AL PILAR

Bien conocido es en esta Capital diocesana y en todos los pueblos de esta isla, el brillantísimo éxito que acaba de tener esta Diócesis con la notabilísima expedición que un crecido número de diocesanos han verificada, reportando á la gran manifestación eucarística celebrado en Zaragoza, un contingente mayor que el de las demás diócesis de España, relativamente comparado al número de sus habitantes. *Ciento enarenta y dos* menorquines, pertenecientes á la Adoración Nocturna al Santísimo Sacramento, establecida en esta isla, han cruzado la travesía marina que nos separa del continente y movidos de su cristiana piedad y patriotismo religioso, han ido á visitar los renombrados santuarios de Montserrat y el del Pilar, que ha veinte siglos se levanta en las riberas del Ebro.

Cariñosísimas y entusiastas fueron las manifestaciones de despedida al marcharse de esta isla y del recibimiento que á su regreso se dispensaron á los animosos romeros; la misma ovación repetida mil veces al paso de los peregrinos por los principales pueblos de su tránsito; hermosos actos de piedad y de devoción verificados en Barcelona y en Montserrat; grandioso testimonio de fé y de amor ofrecido á Jesús Sacramentado, en unión de más de catorce mil hermanos españoles, en la Vigilia extraordinaria celebrada en la Santa Capilla del Pilar en la noche del 19 al 20 del corriente; formar por último, en las filas de la gran procesión pública que recorrió las calles de la invicta ciudad de los mártires; hé aqui lo que en reducida síntesis forma las notas más culminantes de la Peregrinación de referencia.

Esta diócesis de Menorca está de enhorabuena. Lo está en particular la Adoración Nocturna, iniciadora y eficazmente secundadora de tan brillante expedición. Lo está asimismo de enhorabuena nuestro dignísimo Prelado, quien ha visto con muy grande júbilo de su amante corazón, esa magnífica plé-

yade de hijos suyos, quienes á manera de escogida porción de su amantísima grey, han ido á presentar á los piés de la *Moreneta* de Cataluña y de la *Pilarica* de Aragón los sentimientos de respeto, de amor y de confianza que les profesa el católico pueblo menorquin.

Dos días antes de salir la Peregrinación para Montserrat y el Pilar, el muy digno Sr. Presidente de la Adoración, en esta isla, dirigió á nuestro Excmo. Prelado atento telegrama pidiendo su paternal bendición, al cual S. Excia. contestó en los muy expresivos términos que á continuación reproducimos:

«Ibiza, 11.—18'15

Estimando muchísimo cariñosa despedida amados peregrinos los acompaño con afectuosísima bendición. Escribí y recomendé Peregrinación menorquina Prelados Barcelona, Zaragoza, Abad Montserrat; encomiéndenme.

† EL OBISPO.»

Como testimonio de muy atenta y cumplida consideración dado por el Consejo de la Adoración menorquina, debemos hacer constar que, al hacer su escala en este puerto el vapor «Monte-Toro», el domingo 13 de los corrientes, que ya conducía desde Mahón una gran parte de peregrinos, con los que debían unirse los de esta ciudad, y los de Mercadal, S. Cristóbal, Fornells y Ferrerías, una comisión del Consejo Superior Diocesano, con su digno presidente al frente de la misma, fué á visitar al M. I. Sr. Gobernador Ecco., quien la recibió en el salón del Palacio episcopal, y después de haberle saludado el Sr. Taltavull y hecho en nombre de los peregrinos protestas de obediencia y adhesión á la Autoridad Ecclia., agradeció S. S. tan respetuoso saludo, felicitando á todos por la hermosa representación que llevaban de Menorca á los gloriosísimos Santuarios de Montserrat y Zaragoza, y encargándoles que ante la devotísima imágen de la Virgen del Pilar rezáran la Letanía Lauretana y una Salve por las necesidades de esta Diócesis, cuya recepción terminó con un ¡Viva! á la Patrona de Aragón y otro á la que lo es de Menorca Ntra. Señora de Monte Toro.

De regreso la Peregrinación á esta isla, durante el tiempo

de escala del vapor-correo «Monte-Toro» en este puerto, desembarcaron los peregrinos de esta ciudad y de los pueblos circunvecinos con el Sr. Presidente Diocesano de la Adoración, quienes fueron recibidos por el M. Iltre. Sr. Gobernador Ecco. y una representación del Ilmo. Cabildo, dirigiéndose á la parroquia de San Francisco, en donde se dió gracias al Señor por el brillantísimo éxito de esa reciente expedición eucarística menorquina.

La Cofradia de Ntra. Sra. del Cármen, establecida en la Iglesia de San Agustín de esta ciudad, tuvo el plausible acuerdo de obsequiar á su excelsa Patrona, con los cultos piadosos de un solemne Novenario. A este objeto pasó desde Barcelona á esta ciudad, el Rdo. Padre Rafael Blas del Niño Jesús, Religioso Carmelita, el cual predicó mañana y noche durante los dias del referido Novenario.

Los actos del culto celebrados con tal motivo y la atractiva oratoria del referido predicador, contribuyeron á que dichos actos se vieran bastante concurridos, siendo particularmente notable la concurrencia á la Sagrada Mesa, en la Misa de Comunión celebrada el último dia del Novenario. Nuestro Excmo. Prelado se dignó conceder las acostumbradas Indulgencias para estimular la asistencia á los repetidos actos.

En las últimas Témporas de San Mateo Apóstol, nuestro Excmo. Prelado celebró Órdenes en la Santa Iglesia Catedral de Ibiza, confiriendo el sagrado orden del Diaconado á seis clérigos de aquella Diócesis.

Consignamos con satisfacción la anterior noticia, por ser ella prueba del estado de buena salud, que á Dios gracias disfruta nuestro muy amado Sr. Obispo y hacemos votos para que el cielo siga dispensándole ese precioso don. Nos consta asimismo que S. E. tiene el propósito de regresar á esta su amada Diócesis á principios del mes entrante.

Imprenta del Sagrado Corazón de Jesús. —Ciudadela.